Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25974
Copyright: Admont, Benediktinerstift

385

uerbi gratia de monte nudus. cum autem
ascenderit uestiat se. recte utique
dicimus nemo ascendit nisi qui descen
dit. nec uestem considamus quam secum le
uauit. sed ipsum qui uestitus est solum di
cimus ascendisse.

Et sicut moyses exaltauit serpen
tem in deserto. ita exaltari oportet
filium hominis. ut omnis qui credit in ipso
non pereat sed habeat uitam eternam. Per re
fusis in heremo longi laboris populus is
rahel murmurauit contra dominum et mo
ysen. ideoque inmisit dominus ignitos ser
pentes. Cum ergo orasset moyses iussit
eum dominus facere serpentem eneum et pla
gis percussos aspicere in eum ut uiue
rent. Qui sunt serpentes mordentes.
Peccata. Quis serpens exaltatus? Mor
tuus dominus in cruce. quia per effigiem ser
pentis figuratur quia a serpente
mors. Liberantur ergo qui eum fide intuentur
a plagis ignitorum serpentium. id est a bin
centiuis uitiorum. que pungunt in mor
tem.

Sic enim dilexit deus mundum ut fi
lium suum unigenitum daret. ut omnis
qui credit in ipsum non pereat. sed habeat
uitam eternam. Aperit causam huma
ne salutis dilectionem scilicet dei patris.
ex quo est omnis restauratio uel insti
tutio per filium suum in spiritu sancto. Uidelicet
dicit ex filio dei quod supra ex filio ho
minis credentes consequi. ut per quem
in ditare condita sumus. per eundem in
bonis restauremur.

Non enim misit deus filium suum
in mundum ut iudicet mundum. sed ut
saluetur mundus per ipsum. Uenit sal
uator ut saluet. non ut iudicet. id est dam
pnet. sed si iudicatur homo ex se habu
it. quia non credidit.

Qui credit in eum non iudicatur.
Qui autem non credit iam iudicatus
est. quia non credidit in nomine uni
geniti filii dei. Nondum apparuit
iudicium. sed iam factum est. Nouit
enim dominus qui sunt eius. Nouit qui permane
ant ad coronam. qui ad flammam.
Nouit in area sua triticum suum. sed et
quam nouit paleam. Nouit segetem.
nouit zizania. Non eos audiamus.
qui negant ex hoc loco dici iudicium
futurum. Dicit enim. Si et ille qui credit
non ueniet in iudicium. et ille qui non
credit iam iudicatus est. non sunt
quos iudicaturus est dominus in die iudi
cii. Sed intelligunt preteritum tempus
poni pro futuro. Nam iudicatus est. id est
dampnatus est dei presentia qui nouit
quid immineat non credentibus. Et cum dici
tur non ueniet ad iudicium ita intel
ligendum est non ueniet ad dampnatio
nem.

d. i libro de agone